



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Rosa Virgo. 4. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

vivere splendor case imminens ostendit; & pestis
à vicinis populis ALBERTI & D. Catharinæ, cuī
templum ponere Angelus jussérat, precibus pro-
puliata. Eadem templo illatus ALBERTVS, am-
bosam, quā, cūm viveret, pastus erat, mortuus
etiam spiravit. Ex vitā B. Alberti.

Dilige totā animā Dominum Deum tuum, sp̄dā
sum tuum, vitum tuam, solatum tuum, consilium
tuum, & refugium tuum. Dilige illum qui tibi est
quidquid amabile aut optabile esse potest: dili-
geum castè, devotè & sanctè; non verbo, non lin-
guâ, sed opere, & veritate. S. Bern. op. de char. c. 31.

B. ROSA VIRGO. 4. Septembris.

ROSAM etiam in autumno donamus, unam
re candemque & castis nivibus & verecundâ
purpurâ formosam. Protulit Viterbum Italix
urbs, fovit D. Francisci hortus, &, ne m̄lē alii, be-
ne calum carpsit. Hæc inquam ROSA, ut contra
procaces manus se armaret, à primis annis omni-
bus corporis afflictionibus se dedit. E gravissi-
mo morbo decumbens & jam jam moritura cūm
ea de alterâ vitâ disseruisset, quæ oculis tunc co-
tan intuebatur, testesque dictorum sorores jam
olim defunctas nomine quinque compellasset,
VIRGO MATER intervenit, & porrò vivere, sed
sister eas jussit, quæ Magnum Franciscum sub Mi-
norum veste sequuntur. Quod cūm è morbo re-
creata ROSA egregiè præstisset, denuò ad eam
Magna MATER in visit. Et sufficere poterat id spe-
cialium, sed illa alterum objecit, FILIVM tor-
mentis olim omnibus exercitum, quinimirum
tot plagis saucius cor amantis etiam ipsum tam
saciavit, ut tum denique verè interspinas ROSAM

T

dixiles.

S. Sept.
dixisses. Sub idem tempus cum Friderici II. Imperat. factionem castigassent, cum omni familia urbis ejecta Sorianum venit. Sed exilium leve Angelis non multò post morte Friderici libera patria fecerunt. Placuit tamē etiam præ hāc cælum, quod quā facilius videret, circa annum M. CCLIV. oculos clausit. Ex vita apud Moniales D. Rose.

Sept.
Nulla vel brevis hora subrepat, in quā non habes memoriam Filij Dei pro tuā miseriā, & suā misericordiā crucifixi. Quid faciet Dominus magnificus, si nos, qui cinis & pulvis sumus, tanta misericordia viderit ingratos? S. Bern. op. de char. cap.

32.

S. EVOXIVS M. 5. Septembri.

Clamat EVOXIVS illud hodie nobis: Exist aulā, qui pius esse cupit. Certè quod pietatem Christianam coleret, licet aulæ Imperatoris comes, aulā tamen ejectus est. Sed neque extra hanc ferre in EVOXIO Diocletianus potuit probitatem, sed in vincula jussit abripi, quasi verò vinciri virtus possit. EVOXIVS ubi adesse exploratores intellexit, necedum notus mense admovit suæ lauteque & perquam liberaliter habuit. Ide suus ipse jam proditor, lubens volens ad Imperatorem abiit, pugnansque edidit, quas sperare à voluntario Christi milite posset. Sed neque solus in aciem prodii. Prodiere cum Duce tam fortis milie centum & quatuor, qui omnes ad tyranni pedes cum superstitione primò balteum, mox vitam etiam procerunt. Atque hi quidem prævere triumphantem EVOXIVM, qui ex equuleo veluti è triumphali curru accepta pro cæli patria vulnera jactabat. Secuti deinde sunt amici integerimi MACARIVS & ZENO, hic in ipso loco suppicij ab

EVOXIO.